



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio nona. Vtrum sacramenta legalia cessauerint in adue[n]tu Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. I.

7 Tertium patet, quia actus vnus nō potest valere alteri ad iustificacionem nisi per modum meriti vel per modum suffragii quod idem est, vel per modum sacramenti. Sed fides aliena nō poterat alteri valere per modum sacramenti, quia nondum erat instituta aliqua sacramēta, quia licet esset poenitentia prout est virtus, vel actus virtutis, & matrimonium prout est quidam contractus in officii natura. Neutrum tamen istorum erat sacramētum, ergo valebat per modum suffragii vel meriti. Hoc autē non poterat fides aliena, vt erat per se, quia frequenter erat informis, fides autem informis vnus non meretur aliquid alteri, nec de condigno, nec de congruo, licet per fidem informem aliquis possit mereri sibiip̄i de congruo, ergo oportebat q̄ fides illa mereretur paruulo iustificacionē vt erat fides ecclesie que semper est fornicata, quare &c.

8 Quantum patet sic, fides aliena non sufficit ad iustificacionem nisi vt est fides ecclesie, sed nullus gerit personam ecclesie vt sic per solum actum interiorem nisi conueniatur actus exterior, vt patet etiam nunc. Sacerdos enim quicumque vtens mentali oratione solum, nullo signo exteriori adhibito factis vel dictis non gerit vicem nisi nisi ecclesie. Vnde tales orationes sunt eius vt persona priuata est & non vt publica, ergo oportebat quod fidei interiori adhiberetur aliquis motus exterior factus vel dictus. Probabile enim est q̄ parentes fideles pro paruulis natis & maxime existentibus in periculo deo aliquas preces funderent, vel aliquam benedictionem adhiberent.

Ex eodem patet q̄ adulti poterant iustificari per interiorem motum fidei suae absq̄ signo exteriori, quia fides propria licet informis meretur propriam iustificacionē sine quocunq̄ exteriori, sicut scriptum allegat apostolus Ro. 4. Creditur Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Ipsa tamen fides hominem infigit vt se aliquibus signis quando tempus erat demonstraret, quando tamē illa signa adhibebantur, non erat ex eis efficacia remissionis, sed ex interiori fide, sicut de charitate dicimus cum exit in actum quando est tempus, & tamē meritum non est ex exteriori opere, sed ex charitate.

9 Ad primum arg. dicendum q̄ Greg. fuit huius opinionis, & nō oportet eum in hoc tenere: vt dicendum q̄ Greg. non intendit excludere omne extrinsecum, sed solum illud quod habet rationem sacramenti vel sacrificii, vt patet ex consequentibus verbis.

10 Ad secundum dicendum quod signum exterius nō adhibebatur ratione sacramēti aut precepti, sed vt motus fidei esset non personae vt persona priuata est, sed vt gerēs vicem ecclesie, vt dictum est.

11 Ad arg. in oppositum potest responderi q̄ fides modernorum est equē efficax sicut fides antiquorū: q̄ autem preter eam requiratur aliquid extrinsecum ad iustificacionem non est propter eius inefficaciā. Sed quia aliquid additum est à Deo quod necesse est obseruari, sicut obseruantia preceptorū in religioso est aq̄ efficax sicut in seculari, & tamen in seculari sufficit ad salutē, in religioso autē non, quia ex voto religionis aliquid additū est, quod necesse est obseruari ad salutem eorum.

QUESTIO NONA.

Vtrū legalia deberint cessare in aduentu Christi.

Thom. 1. 2. q. 103. art. 4. & latius in 2. cap. epist. ad Galat.

Postea queritur, vtrū legalia deberint cessare in aduentu Christi. Et videtur quod non, quia secundum Hug. de S. Victore lib. de Sap. sacramenta legalia fuerunt decimę, oblationes, & sacrificia, sed adhuc manent decimę & oblationes, ergo sacramenta legalia non cessauerunt.

2 Item Christus non venit soluere legem, sed adimplere, vt dicitur Mat. 5. Sed hoc non esset nisi in noua lege manerent ea que sunt vt. le. inter que precipua fuerunt sacramenta, ergo &c.

3 Item nos tenemur ad seruandum precepta no. test. & statuta ecclesie. Sed preceptū Apostolorū in no. test. fuit de quibusdā legalibus obseruandis Act. 15. vbi dicitur: Visum est spiritui sancto & nobis vt absteineatis vos ab immolatis simulacrorū, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, ergo tenemur ad legalia obseruanda.

Questio IX.

293

4 IN CONTRARIUM arguitur, quia secundū Apost. He. 7. Translato enim sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Sed in aduentu Christi translatum est sacerdotiū vt. le. quod fuit secundum ordinacionē Aaron, in sacerdotium Christi quod est secundum ordinem Melchisedech, ergo in aduentu Christi facta est translatio legis, sed lex potissime consistit in sacramentis, ergo &c.

5 RESPONSIO. In vt. le. fuerunt tria genera preceptorū, scilicet moralia, iudicialia & ceremonialia. Moralialia continebant aequitatem rationis naturalis. Et hæc sunt precepta decalogi quauis in obseruatiā sabbati esset aliquid ceremoniale. Et quia ratio & aequitas naturalis semper locū habet, ideo precepta moralia pro omni tempore. Ante legem, & sub lege, & post legem debuerunt manere & debent. Iudicialia verō fuerunt ad decidendum causas & lites inter homines. Et quia non omnib. eadem expediunt, nec omni tempore, ideo iudicialia vt. le. quandoq̄ mutata sunt etiam lege durante, & fortiori ratione mutata sunt lege cessante. Si tamen aliqua ex eis expedirent regimini alicuius terre vel populi nō esset inconueniens vti eis, non quatenus essent ex vt. le. sed quia essent vitia pro regimine Reip. Ceremonialia verō fuerunt instituta in vt. le. ad significandum aliqua que futura erāt in noua. Et inter hæc precipua fuerunt sacrificia & sacramēta, de quibus solū procedit questio. Circa quā videnda sunt duo. Primum de causa cessationis sacramentorum vt. le. Secundum est de tempore cessationis.

6 De primo sciendum est q̄ causam cessationis sacramentorum legalium possumus ex tribus accipere que fuerunt in sacramētis vt. le. fuerunt enim quantum ad significatiōem obscura, quod inerat eis ex eo q̄ erāt signa futurorum, sicut ait Apost. Heb. 10. Vmbra habens lex futurorum honorū. Item fuerunt quantum ad efficaciam imperfecta, quia nō conferebant gratiam, vel si conferebant, imperfectā tamen. vnde Apost. Heb. 7. Nihil ad perfectū adducit lex. Fuerunt etiā quantum ad obseruantiam onerosa, vnde Act. 15. dicit Petrus: Quid tēratīs imponere iugū super ceruicē discipulorū, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus: Eō contrario repus gratiē his contrariarū. Est enim tempus veritatis clarē exhibite, contra futurorum obscurā significatiōem, Ioan. 1. Veritas per Iesum Christum facta est. Item est tempus plenitudinis contra imperfectam efficaciam, Gal. 4. Vbi venit plenitudo tēporis, &c. Et etiam nihilominus repus mansuetudinis contra onerosam obseruantiam, Mat. 23. Iugum meū suauē est, & onus meum leue. Ex his formari potest talis ratio. Contraria nō possunt esse simul, sed mutuo se expellunt, sed sacramenta vt. le. habuerunt contrarias conditiones ad tempus gratiæ, vt declaratū est, ergo adueniente gratiæ tempore sacramenta vt. le. debuerunt cessare, vt sic veritas præsentialiter exhibita expelleret futurorū significatiōem obscuram. vnde Aug. contra Faust. 15. dicit sic: Si ista sacramenta adhuc seruarentur nihil aliud esset nisi q̄ ille qui iam venit pronuncietur venturus. quod enim pronuncietur futurum, aut frustra pronuncietur, aut nondū venit. Item vt plenitudo euacuet inefficaciā & benignitas onus excluderet, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundū sciendum est q̄ de tempore cessationis legalium fuit inter Hiero. & Aug. diuersa sententia. volebat enim Hiero. q̄ statim post passionē Christi legalia fuissent mortifera illis quibus gratia nō. test. diuulgata fuerat, hoc est q̄ sine peccato mortali nō poterat obseruari: dicit tamen Apostolos quādā pia dispensatione his vsos fuisse ad vitandū scandalum Iudæorū. Et ideo Petrus iudaizans nō peccauit dispensatiue illud faciēs cōcordās ei quod dicitur. 1. Cor. 8. Omnibus omnia factus sum &c. Et similiter Paulus dispensatiue ipsum redarguit ne Gentiles quorū Paulus erat apostolus exemplo Petri illa sacramenta quasi necessaria quaerent. Nam & Paulus inuenitur eadē pia simulatiōe seruasse. vt habetur Act. 21. Et sic vt. le. excusatur & Petrus à culpa, & Paulus à proccaci reprehensione.

8 Sed quia nō videtur conueniens q̄ Apostoli contra veritatē doctrinæ fecissent aliquid ad vitandū scandalū. vtilius enim nasci scandalum permittitur quā veritas

relinquatur. ut dicit Beda. Nec videtur cōueniens q̄ Paulus Gal. 2. aliquid simulatē diceret vbi dicit Petrum reprehensibilem fuisse. Ideo Aug. dicit aliter & melius q̄ ante passionē Christi sacramenta legalia fuerunt à Iudæis ex necessitate obseruanda propter institutionē diuinam, sed post passionē Christi & ante diuulgationē euangelii obseruari poterāt à Iudæis ad fidē cōuersis nō ponendo spem in ipsis quasi essent alicuius virtutis, aut quasi sine eis gratia Christi nō sufficeret ad salutē, sed ne omnino videtur lex vetus reprobanda tanq̄ per se mala, vt idololatria. Erat enim mater synagoga sic cū honore deducenda ad tumulū. Sed post diuulgationē euangelii legalia fuerunt mortifera, medio ergo tēpore Petrus & Paulus & alii apostoli legalia obseruauerunt, nō simulatoriē, sed verē, non ponendo tamē in eis spem. Petrus tamen incautē se habuit in obseruatione legalium nimis cōdescendens Iudæis qui legalia obseruanda dicebant, ita vt alicui eius exēplo inducerentur ad ea obseruanda quasi necessaria. Et ideo verē reprehensibilis erat, quia aliquā culpam licet leuem incurrit. Alii dicunt quōd granē, quia nō ibat ad veritatem euangelii (vt dicitur Gal. 2.) Paulus verō ipsum verē reprehendit. & sic patet secundum.

9. Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicendum q̄ decimæ & oblationes non pertinebant ad sacramenta vt. le. nisi quatenus aliquid figurabant. Et secundum hoc non remanserunt in no. le. sed solum quantum ad illud quod morale est in eis, scilicet in quantum decimæ sunt ad sustentationem ministrorum ecclesiæ. Oblationes verō sunt opus deuotionis fidelium.

10. Ad secundū dicendum q̄ Christus impleuit legem quo ad præcepta moralia superaddendo cōsilia, quo ad figuralia verō exhibendo presentialiter quod figurabatur turum, quo facto cessare debuerunt vt ostensum est.

11. Ad tertium dicendum q̄ sententia apostolorū Act. 15. non fuit præceptum in posterū obseruandum quantum ad aliqua que ibi continentur, sed fuit partim ad seruandā conscientiam, partim verō ad seruandā pacē Iudæorū & Gentilium ad fidem nouiter cōuersorum. Prohibebatur ergo fornicatio tanq̄ per se mala propter conscientiam que prius apud Gentiles non reputabatur peccatum, immolata autē idolis prohibebantur tanq̄ illa que poterant in cordibus Iudæorum generare suspensionē idololatriæ de Gentibus ad fidem conuersis. Sanguis autē iussu catus prohibebatur, quia abominatio erat Iudæis propter dissuetudinē, sicut etiā hodie oportet si aliquis vult cū alio socialiter viuere vt abstinere ab his que alius abominatur. Et institutum fuit propter pacem quousq̄ plenē diuulgatum esset euangelium.

Sententia huius distinctionis. II. in generali & speciali.

Iam ad sacramenta nouæ legis. Prius determinauit Magister de sacramentis in communi. Hic descendit ad sacramenta no. legis, circa que principaliter versatur intentio. Et diuiditur in duas partes. Primo premitit quedam cōmunia que exiguntur ad sacramenta nouæ legis. Secundo prosequitur de ipsis sacramentis in principio dist. 3. ibi. Post hoc videndum est quid est baptismus. Prima est principalis lectio. Et diuiditur in duas. Primo determinat de quibusdā qui præxiuntur ad sacramenta no. le. ordine doctrine. Secundo prosequitur spiritualiter de quodam, scilicet de baptismo Io. qui præxiuntur ad ea vt dispositio, vel præparatio, & maxime ad baptismum Christi. Secunda ibi. Nunc verō de baptismi Sacramento. Prima diuiditur in tres. Primo ponit sacramentorum no. le. distinctionē quantum ad numerū & effectū. Secundo ponit ipsorum institutionem & institutionis tempus. Tertio excipit modū quantum ad aliquid. Secunda ibi. Si verō queritur quare. Tertia ibi. Fuit ramen coniugium. Secunda pars principalis in qua determinat de baptismo Io. diuiditur in tres partes. Primo ostendit differentiam ipsius ad baptismum Christi. Secundo ostendit quasdam conditiones eius. Tertio quomodo ipsū suscipiētes se haberēt. Secunda ibi. Ad quid ergo utilis erat. Tertia ibi. Hic cōsideretur. Et hæc est sententia lectionis in generali.

2. IN Speciali autem sic procedit Magister & proponit primo q̄ septem sunt sacramenta no. le. & ea enume-

rat, quorum quedā dicit principaliter ad remedia instituta, quedam principaliter ad gratiæ collationē, quedam verō ad virtutē. Postea verō dicit q̄ ista sacramenta, quia sunt salutis collatiua nō debuerunt ante tempus salutis, (i. ante aduentū Christi) instituta fuisse à cuius passione & morte virtutē sortita sunt. Subdit autē q̄ Christus venire distulit donec homo de infirmitate legis nature & legis scripte conuinceretur q̄ eum iuuare nō posset. Postea addit q̄ cōiugium ante peccatū nō fuit institutum nisi in officii & sacramentū, post peccatū autē cum his in remediū. Postea dicit q̄ baptismus Io. qui prænucliauit baptismum Christi, in hoc differbat, quia baptismus Io. erat in aqua solū ad penitentiam præparans, non autem remissionē peccatorum dabat. Postea ponit huius baptismi cōditiones. Et primo quantum ad utilitatē, utilitas enim eius erat præparatio ad baptismum Christi. Secundo quantum ad nominationem, quia dictus est baptismus Io. eo q̄ nihil fiebat in eo quod Io. nō faceret. Tertio quantum ad genus, quia potest laque dici sacramentū, eo q̄ rem sacrā, (i. baptismum Christi) signabat. Vltimo querit vtrū baptizati baptismo Io. fuerint iterum baptizati baptismo Christi. Et sub qua forma verborū baptizabat Io. Et respondet ad primum quod qui ponit spem in baptismo Io. & perfectam fidem, nō erant rebaptizati baptismo Christi. Ad secundum verō respondet q̄ Io. baptizabat in nomine venturi. Et in hoc &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum omnia sacramenta nouæ legis fuerint immediate à Deo instituta.

Thom. 3. q. 64. ar. 2.

Circa distinctionem istam queritur de duobus. Primum est de sacramentis no. le. in generali. Secundum est de baptismo Io. qui fuit præparatiuus ad baptismum Christi. Circa primum queruntur duo. Primum de sacramentorum no. le. institutione. Secundum est de eorum sufficientia, & ordine. Quantum ad primum queritur, vtrum omnia sacramenta no. le. fuerint à deo immediate instituta. Et videtur quod non, quia ea que instituta sunt à Christo expresse traduntur in scriptura, quia per nihil aliud scimus aliquid de factis Christi, sed de institutione multorum sacramentorum nihil legitur in scriptura. Christum dixisse, vt de confirmatione & extrema vntione, ergo videtur quod talia non fuerint à Christo instituta.

2. Item apostoli gesserunt vicem Christi in terris: sicut ergo Christus potuit aliqua sacramenta instituire (vt dominus) ita apostoli vt vicarij.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia digniora sunt sacramenta nouæ legis quam veteris, sed sacramenta vt. le. fuerunt instituta à Deo, ergo fortiori ratione sacramenta nouæ legis.

4. RESPONSIO. Sciendum est q̄ si quæstio ista esset de possibili, videlicet quis potuerit sacramenta instituire, dicendū esset q̄ solus deus per primariā autoritatē sed per autoritatem cōmissam potuissent homines quantum ad aliquid si eis commissum fuisset. Primum apparet quia sicut per primariā autoritatem nullus potest legē cōdere nisi qui potest tribuere legi virtutem subditos obligandi, sic ille solus potest sacramenta instituire qui potest ipsis dare virtutem iustificandi: quia sicut lex autoritate legislatoris obligat, sic sacramentū ex virtute institutionis nō ex se iustificat, sed solus deus potest tribuere virtutē sacramētis iustificandi, ergo solus deus per primariā autoritatem sacramenta instituire potest.

5. Secundum patet, quia omne illud potest deus conferre hominibus cuius hoies sunt capaces, quia deus potest facere quicquid creatura potest suscipere: sed homines sunt capaces huiusmodi autoritatis instituēdi sacramenta per potestatem commissam vt vicarij, ergo &c. Minor declaratur, quia sicut nihil repugnat nature rei quod homo sit minister dispensationis sacramenti, sic etiā nō repugnat quod sit minister institutionis quantum ad aliquid, scilicet quantum ad determinationē rerum & verborum, in quibus sacramenta cōsistunt (potuisset enim deus committere homini quod eligeret res & verba in quibus sacra-